Bellum continua geret II 8,18
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant
Certent soluere machinā
Hic sancto populos quoq;
Iunctos foedere continet
Hic et coniugii sacrum
Castis nectit amoribus
Hic fidis etiam sua
Dictat iura sodalibus
O felix hominū genus
Si uestros animos amor
Qua caelum regitur regat.
Qui serere ingenuū uolet agrū. III 1
Liberat arua prius fruticibus.
Falce rubos. filicemq; resecat.
Ut noua fruge grauis ceres eat.
Dulcior est apium mage labor.
Si malus ora prius sapor edat.
Gratius astra nitent ubi nothus
Desinit imbriferos dare sonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit.
Pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoq; falsa tuens bona. prius

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 7r – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48819)